



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

15. Junij. 17. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

252 ANNI CISTERCIENS.

cui contemptus omnium, orium dede-  
rit: & ego huic incunctanter assign  
vocem pariter, & nomen sponsa.

## AGNESE

15. Junij. 17. Cal. Julij.

*Floruit B.* AGNES, monialis Rameyæ, fe-  
anno lix familiaritate B. Idæ, cui, inno-

1214.

centiam tuam non ignorantî, eras in-  
ter pias sancti amoris curas. Et quem-  
admodum vera charitas in eo consi-  
stit, ut amans felicitatem dilecti desi-  
deret; ita pia virgo de te sollicita, apud  
Sponsum, per quotidianas revelatio-  
nes sibi familiarissimum, de tuæ salu-  
tis futura expectatione inquirebat: cui  
Servator locum amoenissimum osten-  
dit, in quem primo statim post mor-  
tem momento sis admittenda. Oracu-  
lum hoc suâ itidem præsentia Christus  
confirmavit; te gratiæ cœlestis plen-  
itudine adeò mirabiliter inundans, ut  
diu soli spiritui vita remanserit, corpo-  
re sinè sensibus immobili. His favori-  
bus initata, in tanta puritate vitæ cur-  
sum absolvisti, ut nemo dubitaverit,  
te inter prudentes virgines ad iuptias  
sponsi receptas, numerandam. Imitare  
etiam nunc sanctam tuam magistram, &  
sicut

*Miro  
modo  
divinâ  
gratiâ  
inun-  
datur.*

sicut illa tibi precibus dona cœlestia impe-  
travit: ita tu facias, ne tristissimam sponsi  
vocem cogar audire: Nescio vos: sed aper-  
tam videre & introire merear misericor-  
diae januam.

B. A B R A H A M, verè fidelis admi- *Floruit*  
nistrator sanctæ familiæ tuæ in mona- *circa*  
sterio de Pratea: qui ut magni nomi- *annum*  
nis etymon per omnes Patriarchę vir- *1180.*  
tutes exprimeres, de nobili familia pa-  
ternæ domū egresso, una hereditas e-  
rat Paupertas. Isaacum immolavit sa-  
crificium afflictionis spontaneæ, quâ  
carnem non simplici morte trucidâsti.  
Nec defuit clara filiorum posteritas, ex  
illibato puritatis flore progenita. His  
nimurum meritis viam tibi stravisti ad  
Terram Promissionis. *Impetra mihi à*  
*Deo cor fidele, id est, fide vivens, illumi-* *Fides.*  
*natum, & ardens. Cæcum, inò mortuum*  
*est cor meum, nisi hoc vitali spiritu vivat.*

S. B E R N A R D U S, ser. 76. in Cant.

*Quid non invenit fides? Attingit in-* *Fidei*  
*accessa, deprehendit ignota, compre-* *vis im-*  
*hendit immensa, apprehendit novis-* *mēnsa.*  
*sima; ipsam deniq; æternitatem suo*  
*illo vastissimo sinu quodammodo cir-*  
*cumcludit. Fidenter dixerim: Æter-*  
*nam*

454 ANNI CISTERCIENS.

nam, Beatamque Trinitatem, quam  
non intelligo, credo: & fide teneo,  
quod non capio mente.

## BLADENAE

16. Junij. 16. Cal. Julij.

Obiit S. LUTGARDIS, virgo Brabantia:  
anno cui cum parens amplissimam  
1246. dotem, cambio in dies affluente au-  
gendum, destinavisset, neque connu-  
bium tibi displiceret; Christus sui sacra-  
Christi tissimi Lateris vulnus tibi ostendens,  
amore cor tuum adeò sui amore fauciavit; ut  
saucia- jam duodecim annos nata, nuptijs tu-  
tur. is inhiantes, fugâ ad monasterium D.  
Catharinæ declinaveris; & eorundem  
deinde insidias non sine miraculo, ac  
vaticinio de mox secuto temeratorum  
interitu, evaseris. Sacrato virginitatis  
velo sub legibus Benedictinis donata,  
Silentio ab omni quorumcunq; hominum al-  
studet: loquio te abstrahens, verba cum unico  
Patris æterni Verbo miscebas. Cumq;  
non decessent æmulæ, quæ te singulari-  
tatis, brevi evanituræ suggillarent; ip.  
Gr à B. sa Virginum Regina, non solum per-  
V. lau. severantiae te admonuit; sed etiam de-  
datur. quotidiano gratiæ divinæ augmento  
securam reddit. Quin in eptarum si-  
nistram